

a2^r

PRAECIPVI LOCI ADNOTATIONVM.

- Quid obferuandum concionatoribus. pag. 79.
De miraculis. 80
De incendiarijs librorum. 84.
Contra ualidos mendicantes. 88
De uera ueneratione Crucis. 144.
De ftudio fidei. 140
De pace Ecclefiaē. 145
Epifcoporum officium. 146
Ecclefia fuper quo fundata. 147
De patrocinio Sanctorum. 160
De non contemnendis pauperibus & facerdotibus. 195
Character uerus. 201
Quatuor loci ad perfuadendum patientiam. 233
De miraculis in facramentis & ordinationibus. 236
De uera humilitate. 257
Tria ad profectum Euangelij. 257
Explanatio XXVIII. cap. in Efaia. 272
De exilio Chryfoftomi. 297
In prohibentes facerdotes, ne carpant facerdotū uitia. 347
Quod Paulus fola dei gratia uocatus fit. 355
De Anathemate & excommunicatioue. 393

a2^v

IN DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PSEGMATA,
IOANNIS OECOLAMPADII AD LECTOREM
CANDIDVM PRAEFATIO.

Quantus & qualis in ecclesia dei diuus Ioannes
Chrysoſtomus ſit, neque ego, cui paruum elo-
quentiae ſtudiū, & quancunq̄ ſtudij minor
gratia contigit: neque ij qui de rebus alijs felici-
ter differunt, differēdoq̄ multum ualent, uel
prologo uel uoluminibus fatiſ dignè explicauerimus, ſi hoc
pro dignitate fieri poſtulareſ neceſſitas. At mea ſentētia, nūc
ſuper ea re prolixiori ludere proœmio, non ſolū nō neceſſa-
rium eſt, ſed & ſuperuacaneū fuerit. Nemo enim qui tantū
uirum, uel à nomine cognoſcit, aut tam hebeti ingenio, aut
tam peruerſo iudicio eſt, quin ſtatim auream in aureo ore,
& eloquentiam & ſapientiam agnoſcat, ac fateatur. Nam
quo pacto cuiſpiam tantum cognomen abſq̄ admirabili elo-
quentia: & quo pacto tam ſtupenda, incomparabilisq̄ elo-
quentia, abſque ſingulari ſapientia eueniret, ac conſtaret?
Pauci ex multis meruerunt Oratoris nomen: quanto ratio-
res, qui Chryſoftomi nomē iure ſortiantur, præfertim apud
Græcos: qui ſi Barbaris conferantur, omnes facundi ſunt?
Vera eloquentia non niſi bonis & ſapientibus uiris tribui-
tur: & quotuſquifq̄ ſapiens & bonus habendus? At Chry-
ſoftomus noſter Chriſtianè & ſapiēs & eloquēs celebratur.
nō ſolum apud Thraces & Syros ſuos, ſed & in toto orbe.
Et quod maiori admiratione dignum, etiam ſua ætate, Au-
guſtinus in Aphrica eius lucubrationes partim uerſas, par-
tim non uerſas nactus eſt. Occidentales epiſcopi tam ægre
tulerunt eius depoſitionem, ut Orientalibus communica-
re noluerint, donec iterum in album conſcriberetur epiſco-
porum.

a3^r

10. OECOLAMPADII PRAEFATIO.

porum. Orientales populi, ad quos in exilium migrabat, eū tanquam angelum domini excipiebant, & clamabant, Tolerabilius fuisse folem radios suos retraxisse obfcuratū, quàm os Ioannis tacuisse. Et nō solū uiuo, sed & mortuo maximè salua manfit ea gloria. Viuus unico ore docebat: nunc pro unico Chrysofotomo multa millia nobis sunt Chrysofotomorum, qui ab hoc edocti, scripturam purè docent, fidei aduersarios redarguunt, scripturæ mysteria referant, mores optimos plantant, uitia extirpant: & eadem quæ ille, populi auri bus infillant. Itaque cum citra cōtrouersiam laudatissimus sit scriptor, haud opus fuerit, ut dixi, super ea re pluribus præfari. Satis hoc testantur alia eius opera, quæ hactenus ad nos uenerunt: testantur tamē idipsum & hæc quæ nos primi nunc in latinum sermonem uertimus, & reipub. Christianæ gratificari cupientes inuulgamus. Nam & hæc nostra illis neuitiquā uel diffimilia, uel inferiora sunt. Et nisi impediret nostris lucubrationibus fauere uideremur, aliquid amplius de nostris quàm plerisque hactenus æditi polliceri auderemus: hoc lector tuo iudicio relictū sit. Mihi certè ob eruditionis tum raritatē, tum uariatē, licet aureæ quædam laminæ uisæ fuerunt, dignæ ut denuo in templum domini inferantur: non tamen, quicquid hoc est grandiori nomine uendicare, & pollicendo immodicus esse: sed ψήγματα, hoc est auri remanentia, inscripsi: ut admonerere quantum adhuc lucubrationū illius desideretur. Profecto bona earum pars Latinis aurius nondum cognita: & haud faciliè inuenies aliquam Græcæ bibliothecam tam locupletem, in qua omnia eius opera contineantur. Quod quàm uerum sit, ex Suidæ testimonio colligere potes, cui in hoc libenter fidem habeo. Ipse enim in Spanheimensi monasterio, illius ἀπανθίσματα, hoc est deflorationes, & locos quosdam cōmunes uidi, quas studio

Plegmata.

a3^v

IOANNIS OECOLAMPADII

fus quidam congeffit, decerptas ex cōmentarijs in librū Geneleos, in Euangeliū Lucæ, in Acta apoftolorū, in omnes ferme epiftolas Pauli: necnō & ex alijs fermonibus, & monumentis: quibus nos magna ex parte adhuc caremus. At ne cui omnino parum uideatur, quod ramenta damus: ramenta quidē funt, fed auri, & auri quod ab aureo illo ore profluit: neque fimpliciter ramenta auri quod è profundo eruitur, fed quod fupernè uenit: non quod tot millia cælo excludit, fed quod è cælo uenit, & in cælum transfert: non quod irritat ad malum, fed quod ad optima quæquū prouocat: non quod ferme affluit peculiariter peffimis, fed quod ex malis bonos, ex bonis optimos facit: nō quod arcam explet, & furum rapacitati expofitum eft, fed quod animum fpiritualibus delitijs oblectat, & antiquū illum fidei falutisquū noftræ prædonem propulfat, ac obterit. Huiufcemodi auri ramenta funt hæc, & mea fententia, non adulterina. Bene fortunati fuerit, uel precioforū ualorum fragmenta poffidere, fi integra illi habere nō conceditur. Ditantur nōnunquā etiāij quibus permiffum eft, ex magnis thefauris paruas tantum portiunculas accipere. Maluiffemus item & nos, qui nofter ad iuuanda pietatis ftudia animus eft, integras laminas, & non tantum pŕegmata dare: fed cum non poffumus quod uolumus, uolendum eft quod poffumus. At ſpero interim lector amice hæc grato animo te fulcepturū. Futurū fortaffis, fi per pacē licuerit, ut & fexagintaſex illæ in Geneſin homiliæ, cum quibudā alijs fequantur: nam eas uertimus, & propediem communicare animus eft. Interim hanc operam boni conſulito: tibi ludo: tuus, labor meus eft, tua eft utilitas. Fruere partis, ne reſpue thefauros. Bene eni ſpero, conſulaturam te lectionem horum. At quid te longa oratione conuoco? Scio, omnes quibus Chryfoftomi le-

a4^r

AD LECTOREM PRAEPATIO.

ctio hactenus grata fuit, folito fauore, blandiffimisq; uerbis & ofculis excepturos hęc qualiacunq; funt: & tantum non imitatuos matres, quę inexpectatò filios fulcipiunt, quos in bello interiffie putarant. Nam & his libris neglectis, tale quiddam accidiffe uidetur. Et ita alienos ex meis metior affe ctibus. Jtaqū mihi uidere uideor te occurrere libellis, eosqū non fine plaufuum gefibus falutare, & exclamare: Adefis. adefis gratiffimę animorum delitię: iterum docebitis, iterũ oblectabitis, iterum cumulatim in me beneficia conferetis. Tales uos femper expertus fum. Et non multum procedes legendo, quin dicas: Profecto & hic gratię habitant: uerè hęc ipfiffimi funt Chryfoftomi. Benedictus dominus, qui & hocce labores à nobis diutius occultari noluit. Iam quod alicubi turgelcit, uel hifpidior, uel incultior eft oratio: non de fententiarum, quas integras reddo, grauitate, fed uerborum uenuftate loquor: polliceor mihi de tua beneuolentia, quod libenter condones, quicquid palloris uel rubiginis γ'v τη μετακομδη, id auri, mea incuria contraxerit. Vetus hęc in terpretum querimonia eft, etiam doctiffimorũ & eloquentiffimorum, quod natiuę linguę gratiam, & ἰδίωμα in alie nam transfundere per omnia feliciter nequeant. Ita de te mihi polliceor: at non item de fuperciliofo obtrectatore, cuius morbus nulla uel diligentia, uel māfuetudine curari poteft. Proinde & illum uiciffim contemnemus. Satis fuerit, amico uni & candido placuiffe, etiamfi centum difpliceam Phariſæis. Candidus tu imitaberis patrem tuum cœleftem, qui & duo minuta, & calicē aquę frigidę, cœlefti gloria remunerare folet: contentusqū uofuntatis liberalitate, quantā libet operis paruitatem magnificat. Contrà uero progenies uiperarum, & ipfa morem fuum feruans, dæmones & parentes fuos Pnaruæos nobis referet. Nam & illi fanctiffimā Chri

a4^v

IOANNIS OECOLAMPADII PRAEFATIO.

fti uitā calumniari nō funt ueriti. Quid aliud ab his expecta-
bitur, à quibus fecurum nihil? Nufquam non offendunt, in
quo genuinum exerceant. Nunc infelicitatem in uertendo
inculpant: Hoc uerbum minus latinum eft, hoc magis græ-
cè quàm latine dictum, hæc fententia obfcurior, hæc hiulca.
Infignes fcilicet notæ. Et fi non aliqua taxares, mortuus ef-
fes: ut uerficulū aliquantū immutem. Non enim nocere pof-
funt, nifi eis permittat dominus. At finimus eos. Nō inuide-
mus: proferant ipfi montes aureos, nos de ramētis deo gra-
ti fimus. Reliquum, quod præter morem & adnotationes
quafdam adiunximus, nolim tibi faftidio effe: in rem enim
tuam fore putauī. Hinc enim fidem meā probare certo po-
teris. Nam dum nunc Chryfoftomum admiramur, nūc nō
ita admiramur, fed ut hominem loquutū deprehendimus:
potuiffemusquē uel illa mutare, uel omittere, aliquorū exem-
plo: quos fcimus in Origene, in Cyrillo, in Damafcono, qua-
les fe exhibuerint. Chryfoftomum qualis contigit, tibi da-
mus: quid autē fentiamus, fubiungimus. Interim & simpli-
cioribus hiftorias indicamus, fine quibus autor clarè intelli-
giuix poteft. Itaqū in rem tuā effe exiftimaui: quod fi fallor,
tantum papyri eft difpendium. Non fallor autem omnino:
nam & nos dei puto effe, licerequē & nobis de rebus pijs, ficu-
bi locus uel neceffitas poftulāt, in medium afferre, quicquid
uel ad confolationem, uel utilitatem fratrum

pertinēs habuerimus. Quæ mihi

ratio curæ fuit, & erit, fi

CHRISTVS

uolet, femper. Va-

le. Bafileæ, Calend. Martij.

An. M. D. XXIII.

DIVI